(360,20–26) Verumptamen hoc certum licet michi tenere, quod certissima Christi corporis manducatio solempnis et manifesta est communicatio sacramenti de altari. Et ista est a deo et a Christo Jhesu volita, ordinata et celebriter constituta, auctoritate magna divulgata, solempniter in Veteri testamento nunciata et glorificata, multipliciter in Novo testamento exercitata et stabilita.

(308,26–309,3) ...cum deus sit semper amator et institutor unius moris in domo<sup>49</sup> et non sit acceptio personarum apud deum,<sup>50</sup> sed communitatem diligit et in communitate sua bona atque communi via electis preparata largitur et operatur, et quemadmodum deo glorioso et universorum domino attinet illa via operari, que est gloriosa et solempniter et auttenticè celebrata in hoc mundo et mirabilibus inenarrabilibus et stupendis ministeriis cumulata et ditata, ut luceat sic Jhesus cunctis mirabilis deus in sanctis suis,<sup>51</sup> qualis via et modus est potissimum et habundanter in sacramento altaris instituta et perfecta in conspectu filiorum hominum.

(111r) Ex quo primo correlarie sequitur, quod non est melius nec pulchrius, quod generaliter habent cristiani in suis templis et festis, nec hoc preparatum convivium nec hoc frumentum electorum et vinum germinans virgines, que Dominus Iesus communitati sue ecclesie ita preparavit tali via regia<sup>48</sup> et modo ac forma duplici sacramentali optime instituit, quali modo est preparatum in templis generaliter pro communitatibus fidelium Iesu Cristi etc.

Correlarium 2<sup>m</sup>: Cuilibet Cristi fideli est pro fide solida tenendum, quod sumcio corporis et sanguinis Cristi sub duplici forma sacramentali certissime et manifeste est a Domino Iesu Cristo volita, ordinata et celebriter constituta, auctoritate magna divulgata, solempniter in Veteri Testamento nunciata et glorificata, multipliciter in Novo Testamento a primeva sui origine exercitata et stabilita...

Correlarium 4<sup>m</sup>: Magnus institutor huius moris in domo<sup>49</sup> ecclesie tamquam refecionem animarum secundum modum et formam traditam communitati fidelium constituens sine acceptione personarum<sup>50</sup> dilexit in hoc mundo et diligit valde et nimis communitatem fidelium ecclesie...

Nam sicut (111v) Dominatori universorum attinet illa via modo et forma operari, que est gloriosa electis eius et mirabilibus ac stupendis misteriiis cumulata, ut sic luceat Iesus cunctis mirabilis Deus in sanctis suis<sup>51</sup> et in conspectu filiorum hominum.

<sup>47</sup> Myšlenka o různých stavech lidí a mnoha podmínkách srv. *Regulæ* V. s. 75–76, 80.

<sup>48</sup> Srv. Nu 21,22.

<sup>49</sup> Srv. Ž 67,7.

<sup>50</sup> Srv. např. Ř 2,11.

<sup>51</sup> Srv. Ž 67,36.

Povšimněme si ještě devátého korelaria, které mluví o tom, že někdy jsou laikové vnímavější pro přijímání eucharistie podobojí než někteří kněží, protože dokážou být pokornější a více litovat hříchů. Na tomto místě tedy ještě Jakoubek neemancipuje laika, ale myšlenkově koresponduje s Janovem, u kterého je myšlenka zrovnoprávnění lidu s klérem v této oblasti shledávána jen ve velmi mlhavé podobě.<sup>52</sup>

Matěj z Janova, *Regulae* I, 134,2–9: Verumtamen, heu, michi indigno sacerdoti, qui indigne vivo mea digna et magna supra fratres meos vocacione, quoniam video de communi populo mulieres necnon coniugatos castius, iustius et magis sobrie vivere et multo plura misericordie opera tota die exercere, quam ego et mei similes sacerdotes et qui totaliter vitam huius mundi contempserunt. Quo igitur swasu et qua audacia talibus deum et dominum suum petentibus sacramentum potero denegare...?

Jakoubek (f. 111v): Quod interdum layci, viri vel mulieres, sunt capaciores ad suscipiendum corpus et sanguinem Cristi sive eius gratiam sub duplici forma sacramentali, scilicet panis et vini, quam aliqui sacerdotes; patet, quia tales de plebe interdum melius se disponunt, plus se humiliant, plus dolent de peccatis quam aliqui certi sacerdotes.

Následující konkluze pojednává o tom, že přijímání podobojí je dovolené a nezbytné. Jakoubek opět jako na počátku definuje oba pojmy slovy Matěje z Janova a Davida z Augšpurku. Obdobně jako Janov<sup>53</sup> přirovnává nezbytnost eucharistie k nezbytnosti křtu. Devíti argumenty pak potvrzuje svá tvrzení, přičemž jen o prvním — všichni věřící jsou pozváni a voláni k božské hostině podle 14. kapitoly Lukášova evangelia — můžeme říci, že byl vytvořen pouze v Janovově duchu. Všechny ostatní argumenty pocházejí od Matěje přímo:

(56,5–57,17, Sedlák, 498)

Quilibet magis vulneratus et sepius magis et sepius indiget medicina, quam is, qui rarius et modice vulneratur. Sed incipientes et proficientes magis et sepius per peccata vulnerantur, sicut scriptum est:<sup>54</sup> „*Sepecies in die cadit iustus.*“ Corpus autem Christi est medicina peccaminum peccatoribus procurata, igitur etc. Maior nota, et minor patet ex eo, quod, quia huiusmodi propius sunt a peccatis et ab occasionibus eorum, necnon minorem et debiliorem habent resistenciam et usum resistendi quam perfecti, igitur etc. Ideo dicit Ambrosius De

(113r) Item quilibet magis vulneratus et sepius magis et sepius indiget medicina, sed secundum comunem cursum omnes fideles de comunitatibus ecclesie, cuiuscunque status sint, et presertim incipientes et proficientes in observancia Dei mandatorum sepius per peccata vulnerantur, sicut scriptum est:<sup>54</sup> „*Sepecies in die iustus cadet.*“ Corpus autem et sanguis Christi sub forma panis et vini a Cristo instituta sunt medicina spiritualiter vulneratis. Cum ergo communitates fidelium ita sepe vulnerantur, patet, quod necessarium est eis sumere medicinam secundum institutionem sacramen-

<sup>52</sup> Matěj v této otázce říká: „*Licet populus dei cottidie sacramentum ecclesie iteraret, tamen in nullo adhuc esset equiparatus sacerdoti. Nam adhuc semper populus esset populus et sacerdotes essent propter officium prelati populorum.*“ (*Regulae* I, vol. I, s. 131).

<sup>53</sup> *Regulae* IV, vol. V, s. 247–248.

<sup>54</sup> Pf 24.16.

sacramentis:<sup>55</sup> „Si, quocienscumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum [effunditur, debeo illum semper accipere, ut semper michi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam“. „Virtus enim de illo exibat et sanabat omnes et quotquot tangebant eum, salvi fiebant“.<sup>56</sup>

Item secundo quilibet, quis plus laborat et gravius, necesse habet plus et sepius cibum manducare; sed illi, qui sunt in primo gradu sanctitatis, plus laborant et gravius in penitencia et in virtutibus, quam illi, qui sunt in secundo gradu, et hii magis, quam illi, qui in tercio. Corpus autem et sanguis est panis laborantium in via, qui cor hominis confortat et iuvat, utpote ostensum est in figura per confortacionem Helie in via a pane subcinericio;<sup>57</sup> igitur incipientes necesse habent et sepius sacramentum hoc frequentare quam proficientes, et proficientes crebrius quam perfecti.

Maiores est nota ex experiencia et racione; nam, ubi maior labor et gravior, maior fortitudo cordis requiritur et augmentacio eius crebrior pro restauracione deperditi, quod totum fit ex cibi frequenti digestionem; et ad hoc apostolus:<sup>58</sup> „Qui non laborat, non manducet“, et per consequens, qui magis laborat, magis manducet, et qui minus, minus. Sed minor relucet ex eo esse vera, quia in primo gradu sanctitatis ducunt adhuc vitam laboriosam, scilicet activam, sed

talem. Consequencia videtur esse nota et maior similiter, sed minor patet, quia incipientes et proficientes adhuc sunt proni ad peccandum et propinqui circa occasiones peccandi et minorem ac debiliorem habent resistenciam sive usum resistendi contra temptamenta viciorum. Hinc dicit Ambrosius De sacramentis:<sup>55</sup> „Debeo illum panem semper accipere, ut semper michi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.“ „Virtus enim de illo exibat et sanabat omnes et quotquot tangebant illum, salvi fiebant“<sup>56</sup> etc.

Item quilibet, qui plus laborat, necesse habet sumere plus suum cibum et potum, sed omnes Cristi fideles, presertim incipientes et proficientes in observancia mandatorum Dei plus et gravius laborant in penitencia et in virtutibus quam aliqui olim sancti consumati et perfecti. Corpus autem Cristi est panis et sanguis potus laborantium in via, qui quidem panis cor hominis confirmat, ut vivat, ut ostensum est in figura per confortacionem Helie in via a pane subcinericio,<sup>57</sup> 3<sup>ii</sup> Regum 19; ergo communitates fidelium tanquam incipientes et proficientes necesse habent sumere corpus et sanguinem Cristi, consequencia est nota. Et (113v) maior patet, quia ubi maior labor et gravior, ibi fortitudo requiritur cordis et augmentacio eius requiritur crebrior per restauracionem deperditi, quod totum fit ex frequenti digestionem; et ad hoc dicit Apostolus:<sup>58</sup> „Qui non laborat, non manducet“, et per consequens, qui magis laborat, magis manducet. Minor patet, quia communitates fidelium incipientes et proficientes in observancia legis Cristi communiter ducunt adhuc vitam laboriosam, scilicet acti-

<sup>55</sup> AMBROSIUS: *De sacramentis*, l. IV, c. VI, *MPL* 16, col. 446; *Decretum Gratiani*, *De consecr.* D. 2 c. 14, *FRIEDBERG* I, col. 1319.

<sup>56</sup> *Srv.* L 6,19.

<sup>57</sup> *Srv.* 3 Kr 19,6.

<sup>58</sup> *Srv.* 2 Te 3,10.



modicum habent ex contemplativa. Item multum habent de habitu et consuetudine veteris hominis, quo gravati laborant eum deponere, et modicum de habitu et de usu virtutum, sive novo homine, quem conantur induere.<sup>59</sup> „Corpus etenim, quod corrumpitur“, valde adhuc in talibus „aggravat animam, et terrena inhabitatio distrahit in eis inopportune sensum multa cogitantem“. <sup>60</sup> Quare necessarii sunt huiusmodi, ut superhabundet in eis gracia, ubi prius iniquitas habundavit. <sup>61</sup> Quod maxime fit in eis per eucaristiam. Quapropter dictum est proprie ad tales a Christo pie invitante: <sup>62</sup> „Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos“. Refeccio autem hominis laborantis solum et maxime fit per cibi sumpcionem.

(58,6–17, Sedlák, 498)

Quilibet, qui magis et sepius tribulatur ac forcius ab adversariis, maior eidem consolacio est necessaria et crebrior. Sed incipientes sunt huiusmodi respectu perfectorum. Corpus autem Christi est panis tribulatorum ac pugnancium, sicut scriptum est: <sup>63</sup> „Posuisti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me“... Similiter sanguis Christi est mestorum consolacio, sicut scriptum est: <sup>64</sup> „Et vinum letificat cor hominis“. Et Proverbiorum XXXI: <sup>65</sup> „Date syceram merentibus et vinum hiis, qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris sui non recordentur amplius“.

(59,15–24, Sedlák, 498) Quilibet homo in statu puerili, quamvis minus sumit de alimento quam homo, qui est in statu virili,

et modicum habent de contemplativa. Item multum habent de habitu et consuetudine veteris hominis, quo gravati laborant eum deponere,<sup>59</sup> et modicum de habitu virtutum et usu. „Corpus enim, quod corrumpitur“, valde adhuc in talibus „aggravat animam, et terrena inhabitatio distrahit importune sensum multa cogitatione“. <sup>60</sup> Ideo necesse est communitatibus fidelium, ut superhabundet in eis gracia, ubi prius iniquitas superhabundavit. <sup>61</sup> Quod maxime fit per sumpcionem sacramentalem corporis et sanguinis Cristi. Ideo talibus dicitur proprie: <sup>62</sup> „Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos.“ Ista autem refeccio laborantium solum et maxime fit per cibi et potus sumpcionem, igitur etc.

Item qui magis et sepius tribulatur ab adversariis, necessarium est sibi sepius et crebrius consolari. Sed communitates fidelium incipientes et proficientes sepe tribulantur a triplici inimico. Corpus autem Cristi est panis et sanguis potus tribulatorum ac pugnancium. Iuxta illud Psalmi: <sup>63</sup> „Posuisti in conspectu meo mensam adversus eos, qui tribulant me“. Similiter sanguis Cristi est mestorum consolacio, eo quod „vinum letificat cor hominis“. <sup>64</sup> Et Proverbiorum 31<sup>o</sup>: <sup>65</sup> „Date syceram merentibus et vinum hiis, qui amaro sunt animo. Bibant et obliviscantur egestatis sue et doloris sui non recordentur amplius“ etc. Item quilibet in statu puerili puer existens necesse habet hec sepius sugere lac et sumere alimentum. Sed communitates ple-

<sup>59</sup> Srv. Ef 4,22–24.

<sup>60</sup> Srv. Mdr 9,15.

<sup>61</sup> Srv. Ř 5,20.

<sup>62</sup> Mt 11,28.

<sup>63</sup> Ž 22,5.

<sup>64</sup> Ž 103,15.

<sup>65</sup> Pt 31,6–7.

tamen puer existens necesse habet sepius suggere lac et sumere alimentum quam adultus. Sed quilibet incipiens est adhuc in statu puerili respectu perfectorum, prout innuit apostolus, dicens parvulis in Christo:<sup>66</sup> „Lac vobis potum dedi, non solidum cibum“. Et Petrus in sua canonica:<sup>67</sup> „Quasi modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite“. Corpus autem domini et sanguis est lac datum pueris, ut sugerent lac de petra oleumque de saxo durissimo.<sup>68</sup>

(62,33–63,6, Sedlák, 498–499)

Quanto quis est pauperior, tanto sepius et magis ipsum oportet suum panem petere et mendicare. Sed incipientes sunt pauperes in comparacione perfectorum, panis autem iste celestis est datus cibus principaliter pauperibus iuxta scripturam, que dicit:<sup>69</sup> „Parasti in dulcedine tua pauperi, deus“, et alibi:<sup>71</sup> „Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt dominum, qui requirunt eum.“ Atque in ewangelio:<sup>72</sup> „Egenos et pauperes ac debiles induc in domum meam.“

(63,13–22)

Illi, qui magis sunt in humanis, necesse habent magis modo humano cibum suum manducare, sicut, qui magis sunt in spiritu, magis in spiritu refoventur. Sed incipientes sunt magis adhuc in humanis, id est carnales, comparacione perfectorum, qui

bium communiter sunt parvuli in Cristo lesu, iuxta illud Apostoli parvulis in Cristo:<sup>66</sup> „Lac potum vobis dedi, non solidum cibum“. Et Petrus in canonica:<sup>67</sup> „Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite“. Corpus autem Domini et sanguis eius sub forma duplici sacramentali secundum illam consideracionem sunt lac datum pueris in comparacione illius spiritalis latentissime manducacionis in gloria sanctorum, ad quam propter sui imperfectionem communitates fidelium non possunt attingere communiter hic in via, ideo necesse habent hic recurrere ad sumcionem sacramentalem, ut sugerent lac de petra oleumque de saxo durissimo.<sup>68</sup>

Item quanto quis est pauperior, tanto necesse habet sepius suum panem petere et mendicare ac manducare. Sed communitates fidelium presertim incipientes et proficientes in observancia mandatorum Dei in comparacione sanctorum perfectorum sunt pauperes in fide, eciam caritate et spe,<sup>70</sup> panis autem iste celestis et potus in specie panis et vini datus est principaliter pauperibus iuxta illud Psalmi:<sup>69</sup> „Parasti in dulcedine tua pauperi, Deus“, et iterum:<sup>71</sup> „Edent pauperes et saturabuntur et laudabunt Dominum.“ Et in ewangelio:<sup>72</sup> „Egenos et pauperes, cecos ac debiles induc in domum meam“ etc.

Item qui magis sunt in humanis, necesse habent magis modo humano cibum et potum suum sumere. Sed communitates fidelium sunt adhuc magis in humanis, id est carnales. Modus autem humanus secundum suam naturam et posicionem vult et requi-

<sup>66</sup> I K 3,2; srv. Žd 5,12.

<sup>67</sup> I Pt 2,2.

<sup>68</sup> Srv. Dt 32,13.

<sup>69</sup> Ž 67,11.

<sup>70</sup> Srv. I K 13,13.

<sup>71</sup> Ž 21,27.

<sup>72</sup> Srv. Is 58,7; L 14,21.

magis sunt in spiritu. Modus autem humanus secundum suam naturam et positionem vult et requirit sepe sumere cibum suum corporalem. Et iste cibus, puta sacramentum, est cibus humanus et ita hominibus visibiliter preparatus, sicuti congruebat optime ipsum hominibus preparari.

Další úsek kvestie je konečně věnován té části otázky, která mluví přímo o způsobách chleba a vína. Jakoubek se zde opírá především o dekretál papeže Gelasia, kde je označeno jako svatokrádežné opomíjení některé z obou způsobů (výklad glosy k tomuto kánonu, že by se snad ono nařízení mělo vztahovat jen na kněze, o něco níže Jakoubek popírá), dále o výklad Mikuláše z Lyry k *1. listu Korintanům*, o Viléma z Montlazuunu a o *Písmo*. Zejména na Pavlově *1. epistoletu Korintanům* a Lukášově evangeliu dokazuje, že eucharistie byla ustanovena pod obojí způsobou a pro všechny. V této čistě utrakvistické části se musel odpoutat od Janova, ale opět ne docela. Ani zde neodkládá Matějův slovník (*via secura et regia a Domino instituta*<sup>73</sup>) nebo přejímá celou myšlenku:

(Regulae I, 79,20–23) Non communitas plebis propter ministros ecclesie, sed ministri ecclesie propter plebem, et ideo denominantur ministri esse ecclesie, non ecclesia ministrorum.

(Regulae VI, 25,437–440)

„Probet<sup>74</sup> autem seipsum homo... „Et sic de pane illo edat“... quoniam non dicit Apostolus „edat vel non edat“, sed dicit simpliciter „et sic de pane illo edat et de calice bibat.“

K výkladu je připojeno pět korelarií, z nichž třetí je opět zkompileováno z Janových *Regulí*.

(Regulae V, 83,2–22, Sedlák, 499) ...ideo non est contra consuetudinem sancte ecclesie, puta cottidie sanctos dei fideles communicare, sed est contra disuetudinem multorum vel multitudinis in presenti, in quibus habundavit iniquitas et refriguit caritas,<sup>75</sup> ideoque necessario ex consequenti venire sepe ad sacramentum dei disueverunt. Quapropter, si debet adhuc sancta ecclesia resurgere et reformari, ...tunc ne-

rit sepe sumere cibum et potum suum corporalem. Sacramentum autem corporis et sanguinis Christi est potus et cibus humanus ita hominibus visibiliter preparatus sub specie panis et vini, sicuti congruebat optime ipsum hominibus preparari.

(115v) Non communitas plebeium est propter illos ministros ecclesie, set econverso magis illi ministri ecclesie sunt propter communitatem fidelium, ideo denominantur ministri ecclesie esse, non ecclesia ministrorum.

(116r) „Probet<sup>74</sup> autem seipsum homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat.“ Non dicit „de pane tantum edat“, sed „et de calice bibat“, id est sumat duobus modis...

(118r) Quamvis ergo communitatis ecclesie bibere sacramentaliter de calice sanguinem Christi est contra consuetudinem vel disuetudinem modernorum malam provenientem ex refrigescencia caritatis,<sup>75</sup> tamen non est contra consuetudinem laudabilem primitive ecclesie.

Ideo si debet adhuc (118v) sancta ecclesia resurgere et reformari instar primitive ec-

<sup>73</sup> F. 114v.

<sup>74</sup> I K 11,28.

<sup>75</sup> Srv. Mt 24,12.

cesse erit ex consequenti ipsius ruinas et sepes,<sup>76</sup> id est sanctas consuetudines ipsius, redire et reformare. ...si adhuc fides piissimi Jhesu crucifixi habundaverit super terram rediviva et caritas ardens in cordibus christianorum, necesse erit eciam, velint nolintve dispensatores, redire magna desideria in christiano populo ad crebram communionem corporis et sanguinis, et per consequens crebra et inportuna exaccio plebis peticioque sui panis a presbyteris suis cottidie ac cottidiana; et ergo non introducitur nova consuetudo in populo christiano, cum cottidie manducatur a plebeis sacramentum, sed restauratur sancta consuetudo antiqua et saluberrima et redit fides viva ad Jhesum crucifixum et caritas primitiva.

(319,5–12) ...est resolutio vulgi ab amore et desiderio sui panis saluberrimi, est desolacio a fervore devocionis et probacionis se ipsum cottidie, est retraccio magna plebis a memoria efficaci Jhesu Christi et ab epulacione dulciter cum Jhesu Christo, est recidivacio ad pristinam malam vitam, est infirmitatis et famis multiplicacio in populo christiano, est exposicio parvulorum in Christo demonibus ad devorandum et perdendum.

Závěr rozebírající nebezpečí zevšednění svátosti je převzat částečně ze IV. knihy *Regulí*, na místě, kde Janov odkazuje na pokračování v příští knize, i Jakoubek přechází ke knize V.

(109,32–110,17) Reprobi autem circa fidem christiani quidquid religionis cristiane faciunt, quia ex sola consuetudine id faciunt et ex habitu a puericia introducto, qualiter gentilis vel Judeus eciam faceret, si similiter a puericia talibus inbueretur, ideo insipide et sine gaudio intimo operantur, et cito ipsis ea, que sunt divina, veniunt in quamdam vetustatem et per consequens in levitatem et contemptum. Sic autem ex so-

clesie, tunc necesse erit communiter ecclesie ruinas et sepes,<sup>76</sup> id est consuetudines sanctas primitive ecclesie, redire et reformari... Ergo si adhuc fides Domini nostri Iesu Christi debet habundare super terram rediviva et caritas ardens in cordibus christianorum resurget, necesse erit redire magna desideria in cristiano populo ad crebram sumcionem secundum utrumque modum sacramentalem corporis et sanguinis Christi, velint nolint mali et cupidi sacerdotes. Nam venit iam et veniet plus crebra et inportuna exaccio plebis, peticioque sui panis cibi et potus a presbiteris quottidie vel frequenter. Et ergo per ista non introducitur nova consuetudo vel nova fides, sed antiqua Christi institutio reformatur.

Venit enim ex hoc in populo resolutio (119r) vulgi ab amore et desiderio sui cibi et potus saluberrimi, desolacio a fervore devocionis et probacionis seipsum quottidie, retraccio magna plebis a memoria efficaci Iesu Christi et ab epulacione cum Domino Iesu Christo, recidivacio frequens ad pristinam malam vitam, inde infirmitatis anime et famis multiplicacio in populo cristiano, inde exposicio parvulorum in Cristo demonibus ad devorandum et perdendum.

(119v) Nam reprobi circa fidem cristianam quicquid religionis cristiane faciunt, ex sola consuetudine faciunt et ex habitu a puericia introducto, qualiter gentilis eciam faceret, si similiter a puericia talibus imbueretur, ideo insipide et sine gaudio intimo operantur, et cito ipsis ea, que sunt divina, veniunt in quamdam vetustatem et per consequens in levitatem et contemptum. Sic eciam ex sola et mera consuetudine fre-

<sup>76</sup> Srv. Is 58,12.

la et mera consuetudine frequentare tremendum dei sacramentum christiano in iudicium et in abusum computatur, tum quia est indigne accipere dei gratiam et in vacuum,<sup>77</sup> tum quia rebus vitalibus est uti tamquam rebus sine vita, utpote uti homine vivo, quasi quis utatur homine picto, vel panem verum accipere quasi panem solum depictum, tum quia res spirituales est accipere tantum quasi res precise corporales, tum quia ex tali consuetudine veniunt res divine et maxime dignitatis in quandam familiaritatem et contemptum et in vetustatem. Et hoc omnino necesse est evenire cuilibet assueto in sacramentis, et in rebus spiritualibus, qui non habet spiritum Jhesu vel ignem caritatis in intimis, mentem hominis et desiderium renovantem...

(113,32–114,8) Sic itaque talis animalis christianus mira operatione sathane<sup>78</sup> circumventus cupit Jhesum Christum, cuius sumit corpus et sanguinem, implicate inclinare vel retorquere ad se ipsum et inde credit, quod dominus secum eciam amet hoc malignum seculum et non odiat vanitates et quod placent Christo sua desideria, licet mixta sanguine, et quod Christus eadem eligit in omnibus, que ipse, vel ad minus ad hoc ipsum huiusmodi yppocrita devenit, ut putet Christum Jhesum talibus non valde irasci et nichili ea aput se reputare.

(293,5–9) ...quia contingeret illud... sacramentum... esse nimis commune, ...quod contempneretur a vulgo et vilesceret...

(294,13–19)

...quoniam ipsomet deo et domino Jhesu, qui est omnibus familiarissimus et communissimus omnibus, quidam male utuntur et quidam bene; et ita omnibus aliis, que dei sunt, gratuitis, fortuitis et naturalibus. Et

quantare ad tremendum Cristi sacramentum cristiano in iudicium et in abusum computatur, tum quia est indigne accipere Dei gratiam et in vacuum,<sup>77</sup> tum quia rebus vitalibus est uti tamquam rebus sine vita, utpote uti homine vivo, quasi quis utatur homine picto, vel panem verum accipere quasi panem solum depictum, tum quia res spirituales est accipere tantum quasi res precise corporales, tum quia ex tali consuetudine veniunt (120r) res divine et maxime dignitatis in quandam familiaritatem et contemptum et in vetustatem. Et hoc omnino necesse est evenire cuilibet assueto in sacramentis, in rebus spiritualibus, qui non habet spiritum Iesu vel ignem caritatis in intimis, mentem hominis et desiderium renovantem...

Nam sic talis animalis homo et cristianus mira operatione sathane circumventus cupit Iesum Christum, cuius sumit corpus et sanguinem, implicate inclinare vel retorquere ad seipsum et inde credit, quod Dominus secum eciam amet hoc malignum seculum et non odiat vanitates et quod placent Cristo sua desideria et licet mixta sanguine et quod Cristus eadem eligit in omnibus, que ipse vel putat Christum talibus non valde irasci et nichil ea aput se reputare.

Ergo si arguitur, quod tunc nimis esset commune hoc sacramentum et contempneretur a vulgo et vilesceret, stat hic, quod occasionaliter mali scandalizentur et sordescant.

Quoniam ipsomet Domino Iesu Cristo, qui est et fuit omnibus familiarissimus, quidam male utuntur et quidam bene; et ita de omnibus aliis, que Dei sunt, gratuitis, fortuitis et naturalibus. Necesse est hoc evenire,

<sup>77</sup> Srv. 2 K 6,1.

<sup>78</sup> Srv. 2 Te 2,9.

necesse est hoc ita evenire, quod [quemadmodum] omnia munda mundis<sup>79</sup> et diligentibus deum omnia cooperantur in bonum,<sup>80</sup> ita inquinatis nichil est mundum et ex omnibus proficiunt in peius.

(*Regulae* VI, 183,5225–186,5316)

...ad frequentem comunionem sacramenti istius a popullo comuni sequeretur fastidium et contemptus huius divini venerabilisque sacramenti, presertim si sit mencio de hiis, qui spiritu Dei aguntur et obtinent spiritualium sanam discrecionem. De hiis namque, qui foris sunt etsi non numero, tamen merito, id est mortali peccato obsessi, qui sunt porci, canes timidi et venefici nuncupati a Scriptura, de quibus supra, homines videlicet carnales, spiritum Iesu non habentes, dum de sacramento hoc et eius frequenti comunione disceptacio agitur, nulla debet interseri mencio, quia huiusmodi nullum participium Spiritus abinde sorciuntur, sive semel in anno accedant sive sepe sive raro. Quibus talibus et prout tales et quamdiu tales nunquam accedere expedit ad istud vindicativum sacramentum.

Pro quorum declaracione est advertendum illud quod vulgo dicitur „nimia familiaritas parit contemptum, sacietas fastidium“ solum profecto in corporalibus locum habere et ubi tantum secundum carnem iudicatur et non secundum spiritum et veritatem. In spiritualibus etenim rebus et divinis prorsus per oppositum debet et oportet iudicari, ex quibus est hoc unum, videlicet corporis et sanguinis Cristi sacramentum; debet, inquam, et oportet in spiritualibus rebus et divinis sic assumi: „Nimia familiaritas reverenciam parit et elongacio atque alienacio a Deo contemptum adgenerat“, prout hec limpide relucet de angelis et virtutibus supercelestibus qui perstiterunt, de quibus ecclesia cantat di-

quod omnia munda sunt mundis<sup>79</sup> et diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum,<sup>80</sup> ita in privatis nichil est mundum et ex omnibus proficiunt in peius.

In illis ergo, qui spiritu Dei aguntur et obtinent spiritualem sanam discrecionem, venerantur magis ac magis et non fastidiunt in accessu crebro. Sed hii, qui foris sunt etsi non numero, tamen merito, id est mortali peccato obsessi, qui sunt porci, canes timidi et venefici nuncupati a Scriptura, spiritum Iesu non habentes, huiusmodi nullum participium Spiritus abinde sorciuntur, sive semel in anno accedant sive raro. Quibus inquantum talibus et quamdiu tales sunt nunquam expedit accedere ad istud vindicativum sacramentum.

De hoc, quod vulgo dicitur „nimia familiaritas parit contemptum, sacietas fastidium“ solum profecto in corporalibus locum habet hoc dictum et ubi tantum secundum carnem iudicatur et non secundum spiritum et veritatem. In spiritualibus etenim rebus et divinis prorsus per oppositum iudicari debet et assumi, (120v) quod nulla familiaritas contemptum parit, sed pocius reverenciam. Sed elongacio et alienacio a spiritualibus et divinis, sic et corporis et sanguinis Cristi magis parit contemptum.

Prout hec limpide relucet in angelis et virtutibus supercelestibus qui perstiterunt, de quibus ecclesia cantat di-

<sup>79</sup> *Srv.* Tt 1,15.

<sup>80</sup> *Srv.* Ř 8,28.

cens<sup>81</sup> „*maiestatem tuam laudant angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates celi celorumque Virtutes ac beata Seraphyn socia exultacione concelebrant*“ et cetera que secuntur, et per contrarium de angelis apostaticis, a Deo suo remotis et alienatis, qui quidem maligni spiritus et similiter homines peccatores, quanto magis a Deo suo sunt elongati, tanto magis contempnunt, per hoc, quod superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper, sicut scriptum est<sup>82</sup> „*peccator cum in profundum malorum venerit, contempnit*“. Societas quoque rerum divinarum delectacionem et desiderium inflammat, carencia et privacio eorum nauseam inducit et despectum, quemadmodum istud manifeste videtur de iustis et in Deo delectantibus, de quibus dicitur per Psalmistam<sup>83</sup> „*gustate et videte, quoniam suavis est Dominus*“, et de iniquis hominibus, qui non percipiunt, que sunt spiritus.<sup>84</sup>

Iuxta quod est notandum, quod non familiaritas proprie alicuius rei generat immediate contemptum eiusdem, sed cognicio defectuum ceterarumque vanitatum, ipsam rem circumstancium, reddunt eam contemptibilem, quia<sup>85</sup> „*vanitati subiecta est omnis creatura*“ secundum Apostolum Romanorum VIII<sup>o</sup>, et Ecclesiastes primo<sup>86</sup> „*vidi cuncta, que sub sole erant, et ecce omnia vanitas*“. Familiaritatem namque et nimium usum rei sequitur cognicio infirmitatis eiusdem et inexistentis vanitatis, cognicionem vero infirmitatis rei et ipsius vanitatis sequitur vilificacio rei cuiuslibet et contemptus... Et istud relucet limpide in conversacione hominum cottidiana, secun-

cens<sup>81</sup> „*maiestatem tuam laudant angeli, adorant Dominaciones, tremunt Potestates celi celorumque Virtutes ac beata Seraphin socia exultacione concelebrant*“ etc. Et per contrarium de angelis apostaticis, a Deo suo remotis et alienatis, qui quidem maligni spiritus et similiter homines peccatores, quanto magis sunt a Deo elongati, tanto magis contempnunt, per hoc, quod superbia eorum, qui Deum oderunt, ascendit semper, sicut scriptum est<sup>82</sup> „*peccator cum in profundum malorum venerit, contempnit*“. Societas quoque rerum divinarum delectacionem et desiderium inflammat, carencia autem et privacio eorum nauseam inducit et despectum, quemadmodum istud manifeste videtur de iustis et in Deo delectantibus, de quibus per Psalmistam dicitur<sup>83</sup> „*gustate et videte, quoniam suavis est Dominus*“, et per oppositum est scriptum de iniquis, quod animalis homo etc.

Nota, quod non familiaritas proprie alicuius rei generat immediate contemptum eiusdem, sed cognicio defectuum ceterarumque vanitatum, ipsam rem circumstancium, reddunt eam contemptibilem, quia<sup>85</sup> „*vanitati subiecta est omnis creatura*“ non volens secundum Apostolum Romanorum VIII<sup>o</sup>, et Ecclesiastes I<sup>o</sup><sup>86</sup> „*vidi cuncta, que sub sole erant, et ecce omnia vanitas*“. Familiaritatem ergo et nimium usum rei sequitur cognicio infirmitatis eiusdem et inexistentis vanitatis, cognicionem vero infirmitatis rei et ipsius vanitatis sequitur vilificacio rei cuiuslibet et contemptus.

<sup>81</sup> *Missale Romanum*, Praefatio missae.

<sup>82</sup> *Srv.* Pf 18,3.

<sup>83</sup> *Ž* 33,9.

<sup>84</sup> *Srv.* I K 2,14.

<sup>85</sup> *Ř* 8,20.

<sup>86</sup> *Kaz* 1,14.

dum quam dicitur in proverbio<sup>87</sup> „quod rarum, carum“...

Nam ubi dilectio habundat amicorum virtuosa, illa non sinit amicum ex familiaritate nimia venire in contemptum, qualis dilectio est Cristi Iesu ad suos fideles et econverso Cristi fidelium ad Christum Iesum. Item fastidium rei alicuius solum et maxime causatur ex replecione appetitus et capacitatis corporalis, ut patet in cibo satiatis, vel causatur fastidium ex inanitione et mortificatione appetitus ad rem corporalem, ut videtur in morbidis et infirmis. Secundum quod dicitur Proverbiorum XXVII<sup>88</sup> „*anima satiata calcabit favum*“, et ad hoc est etiam illud Numeri XXI<sup>89</sup> „*anima nostra nauseat super cibo isto levissimo*“. Cause autem tales fastidii nullomodo insunt fidelibus, qui aguntur spiritu Iesu Cristi, et per consequens neque tale fastidium in eisdem locum habet secundum illam maximam, qua dicitur „deficiente causa deficit et effectus“.

Et ex istis sequitur evidenter, quod familiaritas nimia ad res spirituales et divinas, prout est corpus et sanguis Iesu Cristi, esse proprie non potest neque secundum se ullomodo parit contemptum, sed magis reverenciam et amorem, aput illos, dico, qui spiritu Dei aguntur et bene iudicant de singulis tamen, quia familiaritas cum rebus divinis non parit cognitionem alicuius defectus, sed potius omnium bonorum ubertatem, non vanitatis inexistens, cum nullum locum ibi defectus aut vanitas habeant... puta quod cognitio defectus et vanitatis parit et addit rei contemptum, cognitio quoque bonitatis rei et stabilis veritatis generat ad ipsam rem reverenciam et amorem...

Inde proverbium<sup>87</sup> „quod rarum, carum“, vilesceit quottidianum etc.

Item ubi est dilectio habundans amicorum virtuosa, illa non sinit amicum ex familiaritate nimia venire in contemptum, qualis dilectio est Cristi Iesu ad suos fideles et econverso Cristi fidelium ad Christum Iesum. Item fastidium rei alicuius solum et maxime causatur ex replecione appetitus vel capacitatis corporalis, ut patet in cibo satiatis, vel (121r) causatur fastidium ex inanitione et mortificatione appetitus ad rem corporalem, ut videtur in morbidis et infirmis. Secundum quod dicitur Proverbiorum 22<sup>88</sup> „*anima satiata conculcat favum*“, et ad hoc est illud Numeri 21<sup>89</sup> „*anima nostra nauseat super cibo isto levissimo*“. Cause autem tales nullomodo insunt fidelibus, qui aguntur spiritu Iesu Cristi, et per consequens neque tale fastidium in eisdem locum habet iuxta illam maximam, qua dicitur „deficiente causa deficit et effectus“.

Et patet, quod familiaritas nimia ad res divinas non parit contemptum, sed magis reverenciam et amorem, aput illos, qui spiritu Dei aguntur et bene iudicant de singulis tamen, quia nimia familiaritas cum rebus non parit cognitionem alicuius defectus, sed potius omnium bonorum ubertatem, cum ibi nullus defectus sit, nulla vanitas. Nam cognitio bonitatis et veritatis stabilis rei generat ad ipsam rem reverenciam et amorem, familiaritas ergo cum rebus Iesu Cristi generat noticiam bonitatis et veritatis et per consequens et amoris.

<sup>87</sup> Srv. WALTHER, H.: *Proverbia sententiaequae Latinitatis Medii Aevi* 4, Göttingen 1966, s. 484, c. 26005a-6a.

<sup>88</sup> Pf 27,7.

<sup>89</sup> Nu 21,5.



Ex quibus sequitur illud, quod est superius preassumptum, scilicet quod res perpetue et divine, quanto magis familiares sunt vel communes, tanto magis cognoscuntur, et quanto magis cognoscuntur, tanto magis diliguntur, et quanto magis diliguntur, tanto magis anima ad cognoscendum ea inardescit et dilatatur. Et quia divine res sunt infinite et perpetue in bono, ideo anima in infinitum et perpetue in cognitione accrescit et in dilectione dilatatur. Et ista dicta sunt de angelis et animabus in vita sempiterna, et ob hanc eciam causam dicitur Ysaie LX<sup>90</sup> „*tunc videbis et afflues, et mirabitur et dilatabitur cor tuum*“, et in figura de regina Saba,<sup>91</sup> que veniens non tepuit neque teudit, sed ex visione ordinis et audicione sapiencie ipsius intantum est admirata, quod spiritus eius in ea defecit; que solum in figura huius nostri cibi et potus mirabilissimi sacramenti contigerunt.

Sequitur ulterius, quod sacietas in rebus divinis, prout est corpus et sanguis Iesu Christi, nullomodo parit fastidium, sed magis facit delectacionem et provocat appetitum, cum res divine, inquantum huiusmodi, corporaliter locum non occupent et per consequens neque gravent hominem per nimiam replecionem.

Naše juxtapozice si všímají nejnápadnějších paralel mezi Jakoubkovou kvestií a dílem Janovovým. Jakoubek však přejímá i jiné myšlenky Místra Pařížského, které zpracovává vlastním způsobem, jindy své myšlenky vyjadřuje Janovovým slovníkem a ponechává jeho přirovnání. Při známém Janovově biblicismu bylo nutno ponechat stranou jednotlivé biblické citáty kvestie. Jednodušší by zde bylo negativní vyčíslení, protože jen zlomek Jakoubkem užitých biblických citátů u Janova nenajdeme. Vedle již výše srovnávaných citátů mimobiblických zmiňme ještě dekretál papeže Anakléta, který Janov přináší ve svých determinacích ve III. knize *Regulí*.<sup>93</sup>

<sup>90</sup> Iz 60,5.

<sup>91</sup> Srv. 3 Kr 10,1–13, 2 Pa 9,1–12.

<sup>92</sup> Za tímto závěrem kvestie pak v některých rukopisech následuje několik připojených autorit pro přijímání *sub utraque*.

<sup>93</sup> Vol. II, s. 134.

